



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Meyeri S. Literarum Doct. & Prof. Uxor
Christiana Sive De Conjugio Inter Duos Deque Incestu Et
Divortiis, Dissertationes Tres**

Meier, Johannes

Amstelædami, 1688

Q. III. An alicui consanguineæ sororis filii viduam ducere liceat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40272

fili tui, *ne retege*, propter affinitatem eam interdictam esse, ait, & ob eandem generum esse vetitum, id est generi uxorem vetitam.

XI. R. Moses Mikkotzi legem de nuru ita exponit *præcept. negat.*

93. שלא לבא על כלהו בין בחיי בנו בין לאחר מיתת בנו בין מן הארוסין. בין מן הנישואין כמו ששינוי בפרק ארבעה מיחות: שנאמר ערות כלהו לא תגלה אשת בך היא וגומר וקבלנו מרבתינו כי מלא תגלה ערותה שלא הוצרך ליכתב: *Non congregiendum esse cum nuru, tam superstitute filio, quam mortuo eo, tam desponsatione sola, quam consecratione ei copulata, quemadmodum didicimus in Codice Sanhedrin Cap. vii. f. 53. & accepimus a Rabbini nostris, quod ex illis verbis, ne retege nuditatem ejus, qua ad interdicendam nurum scribere non erat opus, discamus, interdictum etiam extendi ad nurum post mortem filii.* Idem tradens R. Levi Barzel. *prac. 201.* addit: Verifimiliter hunc reatum etiam respicere filium nothum, qui filius ejus est. Et Rabbinus per hujus legis sepimentum etiam prohibuerunt *nurum filii & nepotis* כן הוסיף עד *ad finem usque seculi*, sed filia *nurum tantum*. Quo ipso significant, non modo filii nurum, sed & cunctorum nepotum ex eo & nepotibus continenter descendentium uxores esse vetitas. Ex qua lege iterum concludimus, quia socio prohibetur nurus, multo magis patri filiam prohiberi, sicut filia interdictum eliciimus ex com. 7. & 10.

XII. Hisce legibus ita expositis, instituti ratio exigit, ut iterum ad quæstiones hic agitari solitas, breviter respondeamus, & varios casus matrimoniales, qui in Mose disertis verbis expressi non leguntur, enodemus. *Quæri primo* potest, An defunctæ uxoris patris dimidiam s. consanguineam sororem ducere permissum sit? Qui casus in vicinia nuper occurrebat. Resp. 1. extra controversiam positum, patris sororem esse vetitam Lev. xv i i i. 12. 2. indubitatum quoque est, dimidiam sororem pro sorore haberi, ejusdem Cap. v. 9. i i. 3. quandoquidem vir & uxor sunt una caro Gen. i i. 24. etiam uxoris patris germanam sive consanguineam sororem ducere non licet. Idem confirmatur ex com. 14. & honestas ac respectus parentum ac liberorum ejusmodi nuptias non permittunt, si res adhuc sit integra. *Quæritur secundo*, An vidua defuncti mariti matris dimidio fratri nubere possit? Quod negatur eodem fundamento, quo casus præcedens. *Quæritur tertio*, An alicui consanguineæ sororis filii viduam ducere liceat? Resp. cum Theologis Leydensibus, Heidano, Coccejo, Hoornbeekio, ejusmodi matrimonium pugnare cum legibus

Lev. xvii. 12. 13. 14. xx. 19. 20. Dimidia enim sive confanguinea soror, ut modo dictum, pro vera sorore habetur; cujus filiam aut filii viduam ducere vetitum. Vide in *Oper. Cocc. Tom. vi. Consilium v.*

XIII. *Quæritur quarto*, an patruo vel avunculo neptem ex fratre vel sorore ducere liceat, sive an mihi liceat cum fratris vel fororis filia confurescere? Ita vulgo censent Hebræorum Magistri, quorum sententiam profert Maymonides *Hilch. Ifuri Biab cap. 2.*

ומותר לאדם לישא אשת בן אחיו ונשוא אדם אשה וכת אחותה או בת אחיה כאחת ומצות חכמים שישא אדם בת אחותו והוא הדין לבת אחיו שנאמר ומכשרך לא תתעלם
*Licitum etiam est in uxorem eam ducere, quæ fuerat uxor nepotis ex fratre; ut & foeminam simul cum nepte sive ex sorore ejus, sive ex fratre. Et in monitis Sapientum habetur, ut quis ducat filiam sororis suæ, & filiam fratris sui, nam idem jus est, juxta id quod scriptum legitur (Jesa. lvii. 17.) A carne tua ne te abscondas. Tantum abest, ut illi interdictas esse velint hæc nuptias, ut etiam præceptas esse, sibi imaginentur. Idem sentiunt nonnulli Theologi Wittenbergenses, quemadmodum videre est in *Consiliis Theologicis Francof. 1664. impressis*, adducentes hanc rationem, quod Deus personas non gradus prohibuerit. Contrariam sententiam veram esse vidimus hætenus, & in sequentibus pluribus demonstrare satagemus.*

XIV. Cum enim fateantur, Deum interdixisse nuptiis cum patris sorore com. 12. quidni concedant pariter esse interdictas nuptias cum fratris vel fororis filia, ubi par ratio & idem gradus. Si enim filius non debet ducere patris sui sororem, nec filia licebit patris fratri nubere. Quæ clarissima sunt. Quemadmodum nolter Eliah ben Mosche recte judicavit, *idem esse jus patris circa filiam fratris sui aut filiam sororis suæ, quod est circa amatam suam.* Vide sis *Thesin. iv.* Accedit, quod Deus vel disertis verbis hujusmodi matrimonium prohibuisse videatur commate 14. *nuditatem patris tui ne retegno*, sicut monuimus *Th. vi.* In qua interpretatione nobis ipsi Hebræorum Doctores præeunt; qui in isto commate non minus duo præcepta contineri volunt, quam com. 7. de quo egimus *Cap. iv.* in utroque enim loco *interdictum cum masculo* datum esse volunt, quod tamen non fit verisimile, ob speciale interdictum com. 22. & *Lev. xx. 13.* Quid ergo? potius filia, si sit geminum præceptum, nubere patruo suo, vetitum esse arbitror. Quod hic erat probandum. Ne dicam de naturali reverentia, quam filia patruo & avunculo debet. Ad exemplum Abrahami & Saræ supra respondimus.